



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiaē, 1697

Cap. LXX. Mulier.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

omnibus 39. in pr. ff. de recept. arbit. non enim quicquid iudicis officio conceditur, id statim necessitati subijcitur. l. non quicquid. 40. ff. de jud.

III.

Per impositionem multa extraordinaria non tollitur poena lege statuta ordinaria. Bald. in l. nullum. n. 4. C. de testib. per gl. fin. ibid. & l. 2. C. de sportulis. Bart. in l. ancilla. n. 21. C. de furt. & in l. ubi. num. 2. Cod. de fals.

Declaro I. hoc procedere, quando minor multa extra ordinem imposita foret, quam delicto debeatur: alias si par esset & poena responderet, secus dicendum esset. Wesenb. 1. conf. 43. n. 109.

Declaro II. procedere, quando multa exigitur a iudice in contemptum ejus, poena vero legalis nomine publici criminis, cujus poena non iudici applicetur, sed insignitur in corpus rei aut fisco applicetur, gloss. in d. l. nullum. secus vero esse, si utraque poena ab eodem iudice, & respectu contemptus ipsius, seu inobedientiae exigeretur. Bald. in d. l. ubi. C. de fals. quando ergo non plus est in multa quam poena ordinaria, iudex non multam sed poenam ordinariam exequi videtur, Panorm. in cap. propositione. n. 8. de appellat.

IV.

Multa secundum qualitatem personarum & rerum sunt imponenda. Rosfred. in tit. si quis dicent. n. 2. Esse enim hoc arbitrarium: nec hodie. l. eos 6. C. de mod. mult. amplius obtinere testantur Hostiens. tit. de mult. n. 2. Alex. conf. 35. viso. n. 5. vol. 2. Boss. in lib. de mult. num. 5. dicens. d. l. eos. de consuetudine non observari. vid. Wesenb. 1. conf. 43. n. 103. hinc iudices taxationem multarum vel aggravare vel minuire pro delicti & personarum qualitate possunt. Christin. 2. decis. 86. n. 4.

V.

Multa praescribitur anno. Guid. Papae dec. 359. sed officiales hoc non servant, & post triennium etiam subditos ob excessus solent multare, Rosenthal. de feud. c. 5. concl. 51. n. 1.

VI.

Pessima est nundinatio, officialibus locare redditus ex multis pro certa pecuniae summa, Grebel und Bussen um eine gewisse Summa Geldes verleyhen. Lather. de cons. l. 3. c. 16. num. 35.

VII.

Multa jurisdictionum sunt fructus. Bald. in l. 1. num. 10. C. de fructib. & lit. expens. Alex. in l. divorcio. §. si vir. ff. solut. matrim. Bart. num. 2. Bald. Angel. in l. ult. cod. Roman. conf. 70. visis. num. 11. vers. secundo probantur. Chastan. latè in cons. Burg. rubr. 9. §. 18. verb. iustitiales. num. 35. Menoch. conf. 56. questionibus. num. 5. Boer. decis. 180. num. 4. Tiraquell. de LL. Connubial. gloss. ult. num. 10. Carpzov. decis. 27. num. 15. Cujusmodi Magistratus a contumacibus auferre solent, Cast. num. 6. post Bart. & Dd. in l. unic. C. si quis jus dicent. l. item apud. §.

item ait de injur. l. 1. in princ. de admin. tur. Bald. in l. quemadmodum. §. Magistratus ad L. Aquil. Jas. in l. 1. §. quod prator. num. 12. ne quis in jus vocat. Hostiens. de multa. num. 2. Imol. in l. filiusfamil. §. Divi. num. 3. de legat. 1. Alex. conf. 35. viso. num. 5. vol. 2. Oldrad. conf. 15. circ. num. 2. & 3. Boss. de multa. num. 8. cl. 17. Est enim multa unum ex remediis, quibus inobedientes subditos ad obedientiam ex officio suo nobili cogere possunt. Bar. Cast. num. & Alex. num. 6. cum seqq. in l. unic. §. 1. ff. si quis jus dicent. Boss. in pract. crimin. titul. de multa. n. 8. & 17. Alex. consil. 35. viso. n. 5. 6. 7. Wesenb. 1. conf. 43. num. 98.

VIII.

Quoties multa ob contumaciam irroganda, toties quivis iudex illam dictare potest; quoties verò ob delictum, toties saltem illi, qui habet merum imperium.

Ratio, quia priori casu irrogatur ad tuendam jurisdictionem, hanc autem contra contumaces quisque tueri potest. l. 1. ff. si quis jus dicent. Posteriori verò ob delictum vindicandum & in facinorosos animadvertendum, quod non licet, nisi merum imperium habenti l. 3. ff. de jurisdic.

CAP. LXX.

Mulier.

Axioma I.

Mulier caput & finis familiae esse dicitur, l. familia 196. §. 1. l. pronuntiatio in fin. ff. de V. S. l. cum legitima 19. ff. de stat. hom. §. 1. Inst. de legit. agn. tutel. §. ceterum, & §. media autem. Inst. de legit. agn. success. l. lege 14. C. de legit. hered. Paul. conf. 421. col. 1. in fin. vol. 1. Socin. conf. 63. col. 8. vol. 3. Philip. Matth. 1. Conf. Marp. 31. num. 14. Ratio, quia una cum marito dominium in domo habet, ejus familiam sobolis procreatione ac propagatione constituit, & si quam sobolem enixa fuerit, non in sui patris, sed mariti potestatem familiamque profert. §. fin. ubi Wesenb. inst. de patr. potest. Goedd. ad d. l. familia. ff. de V. S. n. 1.

II.

Mulierum genus est avarum. l. sed si ego 4. ff. ad SC. Vellejan. Cicero lib. 1. de Juventut. gloss. in l. sed si ego 4. ff. ad SC. Vellej. Wesenb. 1. conf. 11. num. 36. imò avarissimum. Accurs. in l. Nescenius 34. verb. è contrario. ff. de negot. gest. Ancharan. in cap. indemnitatibus. num. 4. de Elect. in 6. Vultej. 1. Conf. Marpurg. 29. num. 91. Guido Pancirol. conf. 8. num. 25. conf. 58. num. 21. quomodo autem hæc præsumptio elidi possit, vid. apud Bonifacium in tr. de furt. §. animo lucrificandi. num. 195. Unde liberalitatem immensam repugnare mulierum naturæ, quia avarissima, dixit Bald. in l. si appono. in fin. C. de donat. ante nupt. & loco miraculi haberi cum mulier donat, latè Joseph. Mascard. de probat. c. 10. n. 29. & seq. Petr. Royz. decis.

Lituan. 3. num. 538. Pacian. conf. 14. num. 60. & 67. Dec. conf. 32. num. 5. vers. 2. vol. 3. ubi ait: donationem mulieris attenta ipsius mulieris natura habendam esse pro suspecta; cum contra sexus naturam, ut mulier largiatur. l. si stipulara 33. ff. de donat. inter vir. & uxor. quare potius senectipiam obligare, quam dare quicquam solet. l. si a sponso 16. vers. quod sponsa. C. de donat. ante nupt. Neque presumendum est, bona sua in dotem dedisse, tamen si rerum suarum administrationem viro concesserit. l. obligationem 44. §. placet 2. de O. & A. Concennat. quest. sing. 5. num. 8. imò non esse novum, mulieres pecunie cupiditate illectas partum medicamentis abegisse, ut aliis heredibus locum facerent, dixit Tryphon. in l. Cicero 39. ff. de pæn.

III.

Mulier nihil habet prerogative ultra masculum, nisi quatenus in jure expressum repariatur. gloss. in l. unic. C. de rapt. Bald. in l. ult. C. de jur. & fact. ignor. Imol. Castr. Alex. in l. si constante 24. §. fin. ff. solut. matrim. Treutl. vol. 2. disp. 1. thes. 1. Anton. de Butr. in cap. 2. de consit. in 4. col. Honthem. de arte Notar. lib. 2. cap. 28. num. 11. Sic etiam si dicatur ignorantiam juris mulierem excusare. l. 25. §. si autem 15. ff. de probat. l. 9. C. de jur. & fact. ignor. id tamen non simpliciter, sed tantum in casibus à lege expressis intelligendum erit. l. ult. Cod. de juris ignor. Tiraquell. de pæn. leg. caus. 9. in fin. & caus. 11. num. 23. præsertim ubi aliquid contra jus naturale vel civile delinquit. Fach. 1. contr. 11.

IV.

Mulietum natura infirma & fragilis est. l. 2. §. verba. ff. ad SC. Vellejan. l. regul. 9. in pr. ff. de jur. & fact. ign. l. 1. §. 10. ff. ad SC. Turpill. l. 1. C. quand. mulier. l. quicquid 5. §. 1. C. ad L. Jul. Majest. l. Imperialis 23. Cod. de nupt. §. his consequens. auth. de equalit. dot. Alciat. in tract. præf. reg. 1. præf. 42. in pr. Parif. conf. 75. num. 30. vol. 3. quamobrem etiam magis metulose esse intelliguntur, nec tantus in iis metus requiritur, ut dicatur iustus quantus in viris, gloss. in cap. cum locum 14. ad verb. metus extr. de sponsal. Jason. in l. interpositas. n. 14. C. de transact. Dec. in l. in omnibus 39. num. 3. de R. I. Roman. sing. 229. tu scis. Boer. decis. 100. præsuppono num. 2. p. 1. vid. supr. tit. L. c. metus. axiom. 5.

V.

Mulierum vanum & mutabile cor est. l. filia 20. de inoff. testam. cap. forus in fin. de V. S. l. reprehendenda 5. C. de Inst. & substitut. Gandin. in tract. de fur. & latro. n. 8. Wesenbec. 2. conf. 89. num. 9. Unde distichon:

Quid levius famo? flamen, quid flamine?

ventus,

Quid vento? Mulier, quid muliere?

nihil.

& ideo dicitur habere infirmum & invalidum consilium variis seductionibus subiectum. l. cuius bonis 9. ff. de Curat. furios. Bald. in l. cum

multa. C. de donat. ante nupt. & cap. 2. vers. item hoc statutum de probat. & conf. 115. vol. 1. ubi ait mulieres minorum instar facile seduci vel minis vel blanditiis vel pollicitationibus, quod latissimè comprobatur Tiraquell. in tract. de leg. connubial. l. 1. n. 71. & propterea quoad consilii fragilitatem minoribus æquiparantur. Imol. in c. cum contingat. de jurejur. Corn. conf. 124. in princ. vol. 3. Socin. jun. conf. 50. num. 4. vol. 3. Vult. 3. conf. Marp. 29. num. 152. siquidem non est ita integri iudicii foemina ut masculus. l. fin. ff. qui petant. tut. sed plerumque contra propria comoda laborare consuevit. l. si pater 4. in fin. C. de sponsal. l. Imperialis 23. C. de nupt. Vult. 2. conf. 29. n. 106. Bertazol. 1. consult. decis. conf. 48. n. 18. v. & Bald. in l. quoties. n. 7. vers. dic. que mulier. C. de suis & legitim. ubi dicit mulieres ter in hora mutari. gloss. in l. 1. ff. de confirm. tutor. Bart. de reprob. testium. in princ. verb. quod mulier. non igitur mirum, si minus illis quam maribus credatur, Panorm. in d. c. forus. Bald. conf. 21. quo melius, lib. 2. fac. l. ult. de fid. instrum. Hippol. in l. unius. §. in ea de quasi.

VI.

Mulier eadem facilitate ad renunciandum, quàm ad intercedendum, induci potest. l. si mulier 21. C. ad SC. Vellejan. l. si iudex. 41. ff. de min. l. 6. ff. de resit. in integr. Bart. in l. doli. n. 2. per ill. text. in vers. diversum. ff. de novat. Anton. de Padilla ad l. fin. n. 7. vers. secundo loco. Anton. Telsaur. decis. Pedemont. 222. n. 2. Anton. Gomez. 2. var. resolut. c. 13. num. 13. per l. fin. vers. idem quasi. ff. de condit. in deb. l. fin. C. de pact. pignor. Carpzov. de sing. fæmin. jure, decad. 41. posit. 2.

Mulier à virili & publico officio est remota. l. 2. ubi post gloss. Bart. & Dec. ff. de R. I. Panorm. ad cap. dilecti. extr. de arbit. fac. l. 3. §. corporalia. ff. de maner. & honor. l. fin. C. de recept. arb. l. fin. Cod. qui petunt tutor. Et ideo nec imperare cap. mulierem 43. q. 5. nec postulare. d. l. 2. de Reg. Jur. nec procuratrix esse potest. cap. directa 4. extr. de confirmat. util. nec virorum coetibus immisceri, cap. mulieris. 2. de judic. in 6. nec accusare aliquem aut denunciare potest. Limita (1.) in criminibus, quæ sæpè occultè ab aliis foeminis committuntur, c. g. abortus, suppositi partus & c. (2.) in crimine falsarum tabularum accusare potest, quando sua interest. l. 2. de accus. (3.) denunciare fraudes in annonâ commissas. l. fin. §. fin. ad L. Jul. de annon. (4.) suspectum tutorem postulare, si sua interest. Perez. C. de mulierib. in quo loco num. 9.

Intellige verum de munere & dignitate, quæ sunt sine Magistratu sineque administratione; licet enim dignitatem vel munus civile administrare pon possit, l. Imperialis 5. §. similes. C. de nupt. l. mulieres 13. Cod. de dignitat. Luc. de Penna in l. unic. C. de mulier. in quo loc. ad munus sex. congr. Christoph. Sturtius in d. l. 1. n. 19. ff. de R. I. nihil tamen obstat, quo minus & foemina muneris publici dignitatem habere queat. d.

at. d. l. Imperialis. §. similes. C. de nupt. d. l. unic.
C. de mulier. in quo loc. ad mun. sex. congr.

Limita I. Regulam officium suum perdere, si contrarium consuetudine sit receptum. Cum enim moribus officia publica foeminis sint adempta, more sive usu contrario etiam illa ad officia ejusmodi admitti possunt, teste Innocentio. l. i. in cap. 4. de arbit. Ita Johannam Siciliæ Reginam in folio Regali sedentem sententiamque pronuntiantem à se visam fuisse, refert Angel. in l. cum Prætor 45. non autem. num. 2. col. 1. ff. de judic. idem de consuetudine in Constantia Regina Galliarum notarunt. gloss. in cap. si seculi verbo Regia 12. q. 2. & in l. fin. C. de recept. arb. Innoc. in cap. dilecta. extr. de Majorit. & obediens. Purpurat. in rubr. ff. de offic. Assessor. n. 62. vers. post provinciam. col. 7. Clar. in §. feudum. quest. 73. de feud. Ruin. conf. 99. n. 8. vol. 1. Anton. de Butr. in cap. significavit. n. 2. Joh. Andr. num. 4. col. 2. Anchar. num. 1. vers. 2. nota Bellon. num. 2. Joh. de Imol. num. 1. extr. de rescript. Bellon. in cap. dilecti. num. 14. col. 7. vers. fallit tamen. & num. 20. vers. decimus quartus. col. 11. de arbit. Domin. de S. Gemin. in cap. grandi. num. 9. vers. nunquid femina. & ibi Franc. de supplend. neglig. prælatus. Ruin. conf. 40. n. 6. vers. & ubi dicta sorores. vol. 1. Tiraq. de jure primogenituræ quest. 10. num. 12. Socin. jun. conf. 61. num. 24. & conf. 68. num. 27. vol. 1. adde & exempla Comitissæ Campaniæ filiæ Regis Navarræ & Comitissæ Matildæ, Domine quasi totius Italiæ, ex Alberico in d. l. cum Prætor §. non autem. num. 8. ff. de judic. & Caltr. in l. fin. in pr. C. de recept. arbit.

Limita II. quando magistratus mulieri jure hereditario competat: ita Domina Elisabetha Regina Angliæ sceptrum Regium regniq. administrationem quasi per manus Regum accepit, ac Reip. Anglicanæ felicissime non sine incremento Ecclesiæ præfuit, imò & Abbatissas, quoad administrationem, habere jurisdictionem, sed dignitati suæ annexam, notant Canonistæ in cap. indemnitate 43. de Elect. in 6. quo casu foeminam posse facere statuta, & exercere jurisdictionem in illo Comitatu, quem habe jure proprio i. e. jure successionis, notat Angel. in l. princeps in fin. ff. de LL. Alex. conf. 24. num. 12. col. 5. Felin. in cap. dilecta in pr. extra de major. & obed. Berous conf. 120. num. 15. vers. tertio responderetur. col. 2. Paris. conf. 22. num. 3. vol. 1. Purpurat. in rubr. ff. de offic. Assessor. num. 62. vers. post provinciam. vol. 7. Joh. Thomas de Marin. in c. 11. n. 19. in fin. de feud. femina.

Limita III. si mulier speciali privilegio vel Principis indulgentia Magistratum ac judicandi munus meruerit, quo pertinet exemplum Deborah, de qua vid. cap. 4. Judic. Maria soror Moysis, Hanna mater Samuelis & Holda, quæ Josuæ Regis tempore vixit, vid. Philipp. Matth. in d. l. 12. n. 2. de R. 7. Jac. de S. Georg. in l. cum antiquioribus. n. 19. vers. an autem filia. C. de jure delib. Dec. conf. 81. n. 6. vers. præterea etiam de jure. col. 4. Ruin. conf. 40. num. 6. vers. & ubi dictæ sorores, & sub num. 8. vers. tamen adhibe illa,

& num. 9. vers. & probatur, & sub num. 18. vers. quia igitur, col. fin. vol. 1. & conf. 38. num. 5. vol. 1.

Limita IV. extra judicium mulier aliena negotia gerere potest, non tamen extrajudicialiter pro alio intercedere, cum subit periculum rei familiaris. Perez. C. de mulier. quo in loc. num. 10. 11.

Limita V. si patri data facultas sit, nominandi ad munus aliquod civile filiam suam, eam nominare potest, non si heredes nominandi facultatem accepit. Perez. C. eod. n. 12.

Limita VI. Mulier obire potest munera, quibus nec respubl. damnum nec illa pudicitiaæ jacturam patiuntur. Hinc Comitissæ & Abbatissæ monialium creantur, ex compromisso judicare possunt c. dilecti X. de arbitria. Abbatissæ judicare inter moniales de iis, quæ ad regulam spectant, subtrahere Clericis præbendas, arcere eos à sacris in suo monasterio, beneficia & sacella conferre, seculares clericos instituere quoad possessionem, non autem tribuere curam animarum, nec eos suspendere ab officio, nec excommunicare aut absolvere. Perez. d. t. num. 13. 14.

Limita VII. Hodie viduæ quidem non succedunt in officia maritorum, solent tamen ob eorum merita à principe filiabus ea impetrare, ut à maritis eorum gerantur. Hæc ratio etiam pater filius potest resignare in filiam, auctoritate tamen principis. Perez. C. d. l. num. 15. seqq.

Mulier proprium factum promittens, ac principaliter contrahens, non censetur peculiari aliquo privilegio alicujus Senatusconsulti gaudere, l. 3. l. 4. l. quævis 8. §. 1. l. bona fide 27. in fin. ff. ad SC. Vellejan. l. 2. l. quævis 9. l. si adversarius 10. C. ad SC. Vellejan. l. 2. ff. de negot. gest. l. fin. §. fin. de O. & A. Redigitur enim mulier ad jus commune perinde ac si vir esset, per ea quæ notat Gail. 2. obs. 89. n. 2. Valent. Franc. in tr. de fidejuss. c. 2. num. 105. nisi in casibus à jure expressis, Anton. de Padill. ad l. fin. C. de jur. & fact. ignorant. per ill. text. ubi Leo & Anthemius: Ne passim (inquiunt) liceat omnes suos contractus retractare in his, quæ prætermiserint vel ignoraverint, statuitur, si per ignorantiam juris damnum aliquod circa jus vel substantiam suam patiantur, in his tantum casibus, in quibus præteritarum Legum auctoritas eis suffragatur, subveniri: cum foeminæ propria culpa damnum patienti in proprio negotio nullibi succurratur, l. si mulier 16. l. bona fide 27. in fin. ff. l. fin. C. ad SC. Vellej. imò vix sit, ut aliqua apud maritum pro se ipsa, vel pro eodem intercedat, ut in simili responderetur, in l. tutor pupilli 19. ff. ad SC. Vellej. Unde ubi causa subest necessaria vel justa & honesta, mulier cum effectu obligatur etiam pro marito proprio, Johan. Petr. Surd. conf. 367. n. 14. per l. quævis & l. seqq. ff. solut. matr. ubi traditur obligationem mulieris firmam esse, si pro necessario suo incarcerato, vel qua alia justa & honesta causa promittat, quia tunc idem judicatur

catur ac si causa ipsius propria fuisset, eaque utilis & necessaria; tali enim casu (inquit) non tam est aliena quam propria causa, quando de necessitate, utilitate & honore ipsius mariti agitur, per ea quæ not. Bald. & Cuman. *ad d. l. quamvis. ff. solut. matrim.*

IX.

Mulieris caput est vir, *c. duo 12. extr. de despons. impub. c. 1. extr. de frigid. & malefic.*

X.

Mulier secundo nubens non retinet privilegia prioris mariti. *10. C. de nupt. amittit quoque usumfructum à marito relictum l. 1. C. de secund. nupt. & filiis prioris matrimonii arrhas à primo marito datas servare tenetur: Valasc. consult. 16. n. 1. atque si tutrix fuerit, tenetur ad reddendas rationes. L. 1. C. de eo qui protut.*

CAP. LXXI. Multiplicatio.

Axioma 1.

Entia præter necessitatem non sunt multiplicanda. Menoch. *conf. 125. num. 5. & seq. ubi vid. Exemph.*

II.

Multiplicatio verborum non mutat substantiam rei, Mantio. *de Consect. ultim. volunt. lib. 9. cap. 6. num. 20. per l. pediculis 38. S. Labeo. ff. de aur. legat.*

Declara hoc procedere in terminis habilibus, ac verum esse in multiplicatione non necessaria, ut in synonymis, in enumeratione singularum specierum, postquam dispositum est de genere universo, Bart. *in d. S. Labeo.* Secus in ultimis voluntatibus. In his enim si testatores utuntur pluribus verbis, singula verba attendenda erunt, si quidem unum poterit exponere aliud, ex quibus simul consideratis fieri potest diversa resolutio in casu proposito, *l. si Titia cum testam. 34. ff. de legat. 1. l. Titia 19. §. qui Mario 1. ff. de annua legat. l. nummis 75. de legat. 3. Joh. Matth. Canal. inter conf. illustr. tom. 3. conf. 23. n. 26.*

CAP. LXXII. Multitudo, Multum, Paucitas.

Axioma 1.

Quod multorum commune est, id nemini curæ esse solet, Aristot. *2. Polit. Wesenb. in parat. ff. de admin. & peric. tutor.* Quapropter in materia administrationis tutelæ, ait Ulpian. *in l. 3. §. 6. ff. de administ. tutor. ne tutela per multos spargatur, facilius esse ut unus tutor actiones exerceat & excipiat, add. & l. 1. C. de offic. præf. urb.*

II.

Id quod de multis dicitur, ad omnes trahi

non oportet, Tiraquell. *de jure primog. quest. 6. num. 18.* addi huc potest differentia plurium & multorum, quod sub numero plurium non sint pauciores quam duo, *l. ubi numerus 12. ff. de testib. sub multis autem non pauciores quam tres intelligi debeant. l. 1. §. hoc rescriptum. 29. ad SC. Syllan. l. 85. ff. de V. S. l. de testatio 40. §. fin. eod. Bart. in l. Prator. 4. num. 1. ff. de vi bon. rapt.*

III.

Propter multitudinem detrahare oportet se-
veritati, *cap. ut constitueretur 25. dist. 50. c. p. non potest 23. quest. 4. c. dilectus 30. extr. de si-
monia cap. quoniam 20. extr. eod. cap. ordinatio-
nes 9. quest. 1. Multitudini enim parcendum,
c. latores 4. extr. de cler. excomm. vel caute cor-
rigi debet, cap. 1. dist. 44. siquidem ea facile di-
ctum unius leve sequitur. cap. cum in juventute
12. extr. de purgat. Canon. Unde & dispensatio-
nem ea inducere dicitur, cap. sane 2. extr. de
temp. ordinand. Ubi alias non dispensaretur,
c. quoniam 4. extr. de simon. multitudo igitur
levissimis admonitionibus frangenda, pauci-
tas vero asperè corrigenda, cap. 1. dist. 44.*

IV.

Multitudo peccantium non pariter erroris pa-
trocinium, *l. 46. §. ult. de jure fisci. Gellius lib. 10. Noct. Attic. cap. 19.* Unde dici solet, quod multitudo numerosa plerumque nihil habet honesti, Novell. *10. in fin. & multitudo personarum inutilium vitanda sit, cap. tales 4. dist. 23. & multitudo testium effrenata dicatur, si ultra quadraginta testes sint, cap. cum causam 37. extr. de testib. nec eam iudex respicere debeat, sed potius honestatem & opinionem testium, c. in nostra 32. extr. eod. & sinceram testimoniorum fidem & testimonia, quibus potius lux veritatis affluit, cap. si testes in pr. 4. quest. 2. siquidem ut scribit Arist. 4. Met. 5. τὸ ἀληθὲς ἐπὶ πολλῶν κρείσσοναι προσήκει ἢ δὲ ὀλιγότητι. Veritas nec multitudine nec paucitate æstimanda, vid. Cujac. *in recit. ad tit. C. de necess. hered. inst. p. 768. C. Adhib. Elect. nostr. à Scalig. pag. 429.* Male ergo Bellarminus Ecclesiæ veritatem ex multitudine æstimandam esse docet, *lib. 4. de Eccles. cap. 7.* contra quem à D. Gerhardo inducitur, *in pro-
am. confess. Cathol. p. 3. §. tertio.* Quod Liberius Romanus Episcopus olim Constantio Ar-
riano respondit, cum ipsi objiceretur: Quota pars tu es orbis terrarum, qui solus facis cum homine scelerato (Athanasium ita appellans) & orbis terrarum & mundi totius pacem dissolvis? non diminuitur, inquit, solitudine mea verbum fidei: Nam & olim (apud Daniele) tres tantum inventi fuere, qui adorationi resisterent.*

V.

Multorum factum non vitatur propter paucos, *c. ult. extr. de procurat. quia ut ait Apollon. πολλῶν δὲ τε μὲν ἀπείρων mul-
torum consilium plerumque melius videtur.*

CAP.